Ipsa inarante et [illegible] loquente, nec non deprecedere ad Officium Ca-
strensem Capitaneum Premysliensem ratione non evictionis seu per eundem olim
Generosum Ioannem Poremski impetitionis ex occasione exemptio-
nis bonorum supradictorum villae Kalinkow pro Damnis Perpessi-
bus instituti, tum de Decretis quibusuis in Officio Castrensi Capitaneali
Premysliensi latis ob praemissam sibi recognoscentibus Generosis
Generosi Georgii Kozlowski supradictorum Generosorum Alberti et
Marianae cum Generosa olim Anna Poremska procreatorum
filii et filiae Kozlowskich Parentis realem et effectivam
persolutionem ac ratione praemissorum plenariam satisfactio-
nem Quietant emittunt, dimittunt, liberosque et absolutos per-
petuo pronuntiant, Causamque eandem et Actionem Iudiciariam pro-
cessusque quosuis et Decreta ea in Causa prolata, poenas
Infamiarum cum earum publicationibus in toto et per omnia cassant
mortificant, et annihilant praesentibus sibi hisque posteris ra-
tione praemissorum omnium perpetuum imponendo silentium.

Feria Sexta post Festum Visitationis Beatissimae Virginis Mariae proxima, Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo 4/VII

R. Prior Ordinis Sancti Dominici Conventus Praem: Moczulskiemu Cedit.

2504

Comparens personaliter Coram Officio et Actis praesentibus Castrens. Capitan. Praemisliens. Religiosus in Christo Pater Hyacinthus Swietlikowicz, Prior Religiosorum Patrum Fratrum Ordinis Sancti Dominici Conventus Praemysliensis Sanus mente et Corpore extra foro suo quovis proprio omisso et Iurisdictioni

346 ne Competenti post habita, praesenti vero Castrens. Capitan. Praemisliens. Iurisdictioni quo ad Actum hunc pertinet inde succedaneos bonaq. sua praeter omnia tenendo coassumpta palam Libere, publice, ac per expressum recognovit. quia ipse suo et totius praefati Conventus sui Praemisliens. ordinis Sancti Dominici pro cuius rati habitione cavet ac se praesens inscribit, de omni et integro Iure suo antiquo utique de suo nomine, de omni et integro Iure suo Censuum retentorum à Summa originali Mille florenorum polonicalium querens et ab Anno Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Quarto, usq. ad Annum Millesimum Sexcentesimum Septuagesimum praesentem inclusive Computando retentorum per Generosum olim Ioannem Sumowski bonorum Villae Liga haeredem praefato Conventui suo Coram Actis Castrens. Capitan. Praemisliens. inscriptis et super eisdem bonis suis propriis et haereditariis dictis praefato Liga modo venditorio seu reemptionali illius anno wyderkaf cum pensione ab eadem Summa originali quotannis per octuaginta florenos polonicales assecurati necnon de Causa et actione Iudiciaria primum et originaliter per antecedaneos suos totumq. Conventum suum Praemysliens. Haereditibus et possessoribus Villae eiusdem Liga ad Officium praesens Castrens. Capitan. Praemisliens. ratione non solutionis eadem praefatorum retentorum instituto et in bonis eiusdem Villae praefatae Liga producto ipsisq. bonis iisdem Censu praefato oneratis quoad solutionem Censuum tantummodo supradictorum retentorum spectat. Causa eadem et actione officiana procedendi Iuris sui interesse de praemissis rationibus cum omni praemissorum Iure dominio, proprietate Competentiaq. et praerogativa quavis cumq. omnibus et singulis Iuris praesentis cadri pro-

cessus et Decretorum conditionibus punctis, Clausulis, articulis, Vadiis ligamentis, ac nexibus quibus universis Summarumque Supradictarum Censuum retentorum, et in processu praefato Specificatorum bonorumque ipsis oneratorum Utilitatibus, fructibus, Commodis, emolumentis, obventionibus, attinentijsque et pertinentijs quibus universis nihil ex praemissis Juris dominij, proprietatis, ac cuiusvis Competentiae et praerogativae pro se Regente et Suis Succedaneis totoque Conventu praefato nunc et pro tempore existenti aut alio quoquam reservando Seu excipiendo Verum prout praemissa omnia et Singula ipsum met Recognoscentem Conventumque Suum Concernebant, ac ipsi tamen deserviebant, iam exnunc et defacto Generoso Andreae Moczulski bonorum eorundem Villae Lipa, Vigore Juriumque Suorum possessori et ipsius posteris (: accepta ab ipso pro praemissis omnibus plenaria et Sufficienti Satisfactione:) cessit et Condescendit, prout cedit et Condescendit praesentibus omneque et integrum Jus Suum Sibi ad praemissa Serviens in personam eiusdem Generosi Andreae Moczulski Cessionarij Sui et ipsius Successorum totaliter et plenarie transtulit, transfudit, et incorporavit prout transfert, transfundit, et incorporat praesentibus, atque de plena Banitionis Super eisdem haeredibus et possessoribus Villae praefatae Lipa ex parte memorati Conventus Sui obtenta ipsoque Actu Executionis haeredes eosdem et possessores Villae memoratae Lipa quietat, emittit, dimittit, Liberosque et absolutos perpetuo pronunciat, per ipsum Generosum Andream Moczulski cessionarium Suum et ipsius Successores eo ibidem Jus praesens Cessum, Summamque Supra et praescriptam praesentibus per Se Recognoscentem abscessam Cum universis ipsis Utilitatibus, et Usufructibus Competentiaque et praerogativa quavis tenendi, habendi, et possidendi, illisque quiete et pacifice Utifruendi, Summam praefatam per Se Recognoscentem transfusam tollendi Levandi et percipiendi. de Levata et percepta quietandi, pro eademque Si non fuerit Soluta Jure agendi, processus quosvis Judiciarios instituendi, ac inchoandi et ad debitum Executionis finem producendi, praemissaque omnia tanquam Sua

2506

propria praesentibus abscessa ad Sues et Suorum Successorum quosvis
beneplacitos Usus fructus Libere et effectuatione convertendi Ju-
ris praefati originalis ea omnia Latius in Se Complect. praesentisq.
Cessi et transfusi Vigore.

R. Włodek Canonicus Præmyslien. ab vna & Grochowski ab altera parte Roborant

347 Comparentes personaliter coram Officio et Actis praesentibus Ca-
strensibus Capitan. Praemysliens. Perillustris et Admodum Re-
verendus Albertus Włodek Canonicus Praemysliens. Praepositus
Mosciceensis, ab Una, et Gnosus Stanislaus à Grochowce Gro-
chowski parte ab altera, Sani mentibus et corporibus existentes, à Ter-
ris Districtibus, Dan. Jurisdictionibus suis quibusvis propriis et Com-
petens. recedendo praesenti Vero Castrensi Capitan. Praemyslien. Juris-
dictioni, quoad Actum hunc attinet, Secum Successoribus Bonisq. suis
quatenus omnibus totaliter et plenarie incorporando atq. Subijciendo
fatam, Libere, publice, ac per expressum recognoverunt, et qui
libet illorum Seorsim Suo pro interesse recognovit. Quia ipsi
sibi mutuo et invicem Una pars alteri ac Posteris Utriusq. Par-
tis Se ac Suos Successores in et Super bonis suis quatenus omnibus
Summisq. pecuniis quibusvis habitis et habendis inscribunt et obli-
gant praesens Contractum Seu Intercisam Certam inter se recognoscen-
tes ratione certarum rerum et Conditionum in eodem Contractu
Seu Intercisa Contentarum de Actu et data illius die Praemysliae
die hodierna in Actu Contenta Confectam et Conscriptam Manibus
hic Recognoscentium propriis ab Utrinq. Subscriptam, in omnibus et
Singulis eiusdem Contractus Seu Intercisae Conditionibus punctis,
Clausulis, articulis, Vadio, Ligamentis, ac nexibus quatenus Universis
firmiter tenere, Complere, exequi, ac inviolabiliter observare.